

1089, mayo, 17. Domingo y su madre, flamula, donan al monasterio de Sahagun y a su abad Diego el monasterio que tenían en territorio de Riaño, donde nace el Esla, siendo algunos de los límites del mismo el camino que va al barrio de Gallegos y el "atrio" de San Cristobal. Donan también la mitad de otra heredad recibida de su padre, Belliti Ectaz, en Resaco.

Al final de esta copia del BGS, aunque precediendo a la referencia de la suscripción del notario, se relacionan una serie de animales, objetos de ajuar y aperos de labranza, que también debieron formar parte de la donación ("adicimus") hecha al monasterio de Sahagun.

COLECCION DIPLOMATICA DEL MONASTERIO DE SAHAGUN DOC. 849
PAG. 154 MARTA HERRERO DE LA FUENTE

TESTAMENTUM DE MONASTERIO DE RIANGULO ET DE
RESACCO QUE FECIT DOMINICUS CUM MATRE SUA.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Patris quoque et Filii uidelicet Spiritus Sancti, siue in honore sanctorum martirum Facundi et Primitiui. Ego uero Dominicus et mater mea Flamula euenit nobis, caro animo integroque consilio et liberali arbitrio, ut faceremus uobis Diaco abbati et omni collegio fratrum Sancti Facundi et Primitiui textum scripture de monasterio nostro quem abemus de abios et parentes nostros siue de comparacione in terredurio Rianguolo, locum certum ubi oritur Estula. Concedimus uobis monasterium supradictum, ab omni integritate, cum terris, uineis, pratis, pascuis, paludibus, arbores fructuosas et infructuosas, dessum uel regressum, cum omnia que ad eum pertinent. Adicimus etiam uobis alia hereditate quam habeo de patre meo Belliti Ectaz in loco predicto Resacco; de ista hereditate qui fuit de patre meo medietate, ab omni integritate, ut seruiat post partem sanctorum Facundi et Primitiui, tam in molendinis quam in pratis et terras cultas uel incultas, cessum uel regressum. Est autem ipsum monasterium determinatum per cunctis suis locis et terminis antiquis: de prima parte, per carrera que discurrit ad Barrio de Gallegos; de secunda parte, per termino de Martin Diaz; de tercia parte, termino de domna Tota; de IIII parte, per illo atrio de Sancto Christoforo. Omnia ista concedimus ab integro post partem Sanctorum sanctorum Facundi et Primitiui, pro remedio anime nostre, ut sit inde luminaria altariorum uestrum, stipendia monachorum et ante Deum fiat nobis remissio peccatorum.

Sane, quod minime credimus, qui contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit inferat post partem ecclesie uestre aliud tantum in duplo uel triplo et a parte regia auri libras quinque.

Facta cartula testamenti XVI kalendas iunii, era I CXXVII. Ego Dominicus, una cum matre mea, hunc scriptum a nobis factum roboramus. Regnando rege Adefonso in Toletis et in Legionibus.

Adicimus uobis uno cauallio, II boues cum sua loranne, I carro, X oues, V porcos, I linia, I plumazo, I cuba, lectos, scamnos, I cathedra, I ferreo, I secure, una exata, II falces, alias messetas, VII, duas uaccas. Romanus notuit (signum).